

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Concupiscencia d  
cum uariis

Caro, cum concupiscitur, pensetur quid sit exanimis et intelligitur quid amatur. Nil quippe sic ad edemandum desideriorum carnalium appetitum ualet quam ut quisque hoc quod uiuum diligit quale sit mortuum penset.

Gregorius libro XVI. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

intelligitur] intelligatur v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; amatur] ametur L<sup>2</sup>; edemandum] edemandam B C;  
XVI.] 18. L<sup>2</sup>